



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator
communiter resurget ad justitiam.**

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

Approbationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

APPROBATIONES.

I.

Admodum R. ^{di} ac Ampliss. Domin
Vicarii Generalis Illustrissimi ac Re-
verendissimi Domini Archie-
piscopi Mechliniensis, &c.

Libellus, cui titulus CONVER-
SIO PECCATORIS, &c.
quem concinnavit R. D. ANTONIUS
LE FELON Sacrae Theol. Baccal. Form.
æquè utilis erit ad Pænitentiæ Sacra-
mentum accedentibus, quam illud mi-
nistrantibus. Proinde typis evulgari
poterit, quo doctrina in eo contenta ad
utroque facilius deveniat. Datum
Mechliniæ 16. Octob. 1675.

A. CORIACHE, Vicarius Ge-
neralis Ill. ^{mi} ac Rev. ^{mi}
D. ⁿⁱ Archiepiscopi Mechli-
nensis.

Exim.

I I.

Exim. D.ⁿⁱ ac M. N. JOANNIS
RECHT S. T. Doctoris, ac Pro-
fessoris Lovaniensis, &c.

Qui solverit unum de manda-
tis istis minimis, & docuerit
sic homines, minimus vocabitur in
regno Cœlorum. *Quid dicendum de*
eo qui solverit maxima? Inter quæ est
mandatum de pœnitentiâ, cui incul-
candæ Prophetæ omnes semper opero-
fius insudârunt. Ab eâ Joannes Bap-
tista prædicationis, CHRISTUS
Evangelii sui fecit exordium; Petrus
primam suam increpationem Iudæorum
conclusit: & Sancti Patres attestante
Trid. Sess. 6. & 14. secundam post
naufragium deperditæ gratiæ tabulam
aptè nuncupârunt. Certum naufragium
est si quis cariosæ se aut alios commit-
tat. Ei proindè elucidandæ, hoc est ad
justitiam erudiendis omnibus, lauda-
tissimam operam hodiè impendunt rectè
tractantes verbum Dei. *Inter quos*
R. D. ANTONIUS LE FELON, tractatu suo quem inscribit,
CON-

CONVERSIO PECCATORIS,
&c. doctè, solidè ac modestè ex Scripturis & Patribus fundamenta doctrinæ istius eruit ac proponit: dignus qui fulgeat tanquam stella firmamenti in perpetuas æternitates; & qui magnus vocetur in regno cælorum, sive militantis sive triumphantis Ecclesiæ.
Dedi Lovanii 24. Septembris 1675.

J. RECHT, S. T. Doctor
& Professor.

III.

Exim. P. ac M. N. Fr. CHRISTIANI LUPI, Ord. Erem. S. Augustini
S. Th. Doctoris ac Professoris
Lovaniensis, &c.

R Ever. Dom. ANTONIUS LE FELON per præsentem Libellum lucidè demonstrat veram ini-
qui cordis conversionem, seu rectum Christianæ Contritionis motum non esse in hominis manu, sed esse singulare Sancti Spiritus ac victricis gratiæ do-
num,

S,
i-
l-
us
ti
a-
ve
æ.

COR

A-
I

IS
em
ni-
um
sse
ire
lo-
m,

num, ideoquè magnis gemitibus ac laboribus à Divina Clementia postulandum ac impetrandum. Insuper habet & aliam Pænitentibus utilem doctrinam. Ita censeo Lovanii, die 23. Septemb. 1675.

Fr. CHRISTIANUS LUPUS
Sacræ. Theol. Doctor ac
Professor.

IV.

Exim. D. ni ac M. N. L A M B E R T I
V I N C E N T S. Th. Doct. ac Pro-
fessoris Lovaniensis, &c.

Hic Libellus Conversio Peccatoris, seu Modus, quo peccator communiter resurgit, aptissimâ Sanctorum Patrum doctrinâ fundatus, satis habet per se, ut aliorum testimonia de veritate suâ non requirat. E probatissimis scriptorum monumentis unicum peccatoris refugium ostendit: hoc est, veram pænitentiam à fucata

fucata distinguit, & objectiones quo-
rumdam refellit tam dilucide, ut ne-
scias quid potissimum esse in eo judi-
ces: An quod pœnitentes naturæ hu-
manæ fragilitatem, auxiliique divini
necessitatem doceat, & quantum ora-
tionis, quantumquæ laboris impenden-
dum sit ei, qui ad justitiam amissam
recuperandum, & recuperatam con-
servandum serio annititur: An quod
Confessarios memores reddat, ut sedu-
lò pro negotii momento dispiciant,
num pœnitens turrim volens ædifica-
re, federit ut computaret sumptus.
Ego quidem utrumque quam solidissi-
mè præstitum esse censeo Lovanii hac
25. Septembris Anno 1675.

L A M B. V I N C E N T, S.Theol.
Doct. & Prof.

Erudi-

V.

Eruditissimi ac Consult. D. NICOLAI
DU BOIS S. T. ac J. V. L. SS.
LL. Professoris Regii, &c.

Libellus hic, cui titulus CON-
VERSIO PECCATORIS,
&c. Authore R. D. ANTONIO
LE FELON Antverp. S. T. B. F.
poterit imprimi. Datum 18. Maii
1675.

N. DU BOIS, Lib. Censor, &c.

VI.

Reverendi D. PETRI DE ROECK
S. T. B. F. &c.

UT Sacramenti Pœnitentiæ Mi-
nister, Animarum Iudex &
Medicus triplici hoc Sancto munere
prudenter fungatur & fideliter, atque
ad Christi institutum vices Christi ob-
eat, tutam nuper semitam discreto cui-
què aperuit Eruditissimus Dom. I. R. P.
S. G. doctâ suâ & zelosâ Manuductio-

ne: Cui quia scrupulos, post injecit qui-
dam Franciscus Carolus, eandem
Author Epistolā defensivā planiorem
reddidit & munivit. Auxiliarem hac
in re operam ei feliciter adhibuit R.
D. ANTONIUS LE FELON in
docta sua, atque ad SS. Patrum men-
tem exposita Conversionis Peccatorum
Methodo. Vtramque exhibit dicti D.
Antonii Libellus, cui titulus Con-
versio Peccatoris: quem judico, sine
offensione fidei & morum, cum fructu
posse imprimi & evulgari. Datum
Bruxellis 22 Maii 1675.

P E T R U S D E R O E C K,
S. T. B. Lib. Censor.

SUM-